Gründl. Verantwortung *ad IV. Articul. D. Miri, Mylii, Hunnii, Harbardi, Coneri, Mamphraſii Lipſ. A.* 1593. *p.* 180. *D. Hülſem. Calviniſm. Irreconcil. Sadeel* quidem in *refut. aſſert. Poſn. th.* 76 *p.* 488. nec *Anabapt.* & *Ne Arianorum* errores nobis imputandi ſunt, ait, verum has nuces *Sadeeli* confringendas jam exhibemus. Rectè ergò *Petrus Agricola* dicere ſolitus eſt *Anabapt. Swenckſ.* & *Calvinianiſmum* eſſe unum & idem pulmentum, ſed tribus patinis appoſitum. *Zehner in Comp. Theol. p.* 426. *Anab. Swenckſ. & Calv.* ait, licet à ſe invicem quam longiſſime diſtare videantur, omnes tamen hoc unicè agunt, ut Sacramenta divinitus inſtituta, vel ſuis additamentis contaminent, vel è contrario mutilent, vel aliis modis pervertant, vel omnino evacuent & aboleant. *D. Grawer in abſurdis abſ. abſurdiſſim. Calvin. c.* 4. §. 24. *Calviniani* SUNT in rei veritate *Anabapt.* & licet praxi damnent, in θεωρίᾳ autem & dogmatibus Anab. defendunt. Hinc & *Carolſtadius* magnam cum *Nicol. Storck. Anabapt.* face & tuba contra *Luther.* coluit amicitiam.

§. 8. Viam aperit non *Lutheraniſmus*, ut volunt *Pareus in Irenic. c.* 28. *art.* 13. *p.* 267, *Admon. Neoſt. c.* 3. *p.* 86. *c.* 8 *p.* 324. 330. *c* 9. *p.* 383. *c.* 12. *p.* 587. ſed *Calviniſmus Neſtorianiſmo* (utut *Neſtorianiſmi Calvinianos reos* agi *Danæus in reſp. ad Tubing fratr. Genev. A.* 1581. ægrè ferat) probat hoc *D. Hutter. in Calviniſt. Aulico Polit. alter. c.* 2. *art.* 2. *p.* 237. e *Zanch. l.* 2. *de N. D. c.* 6. Natura divina Chriſti tota eſt in humana natura, tota etiam extra humanam naturam. *D. Mentzer. in Elench. contr. Sad. p.* 229. e *Sadeele* quod dicat humanam naturam eſſe DEUM. Huc pertinent *D. Schröder tr. de Neſtorian. & Eutycheiſm. contr. Grabium A.* 1594. *& Orat. D. Frantz. de iisd. Witt.* 605. *D. Jacob. Andr. in Colloq. Mompelg. t. de Perſ. Chriſti p.* 191. *D. Martin. Diſp. II. AntiCalv. de Princ. fidei* §. 15 *p.* 232. *ſeq. Facult. Theol. Wittenberg. in refut. hiſt. Peucer. p.* 2. *Witt. A.* 1597.

§. 9. Viam aperit non *Lutheranismus*, ut vult. *Admon. Neoſt. c.* 8. *p.* 330. ſed *Calvinismus Samoſateniaſmo. Samoſatenus* enim dicit τὰς δύο φύσεις παντῇ πᾶσιν ἀκοινωνήτους εἶναι πρὸς ἑαυτὰς, hoc *Beza in Colloq. Mompelg. Anth.* 8 9. ita effert. Communicationem realem i.e. unionem naturarum admittimus, in quo manent ſingulæ

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn326478094/11 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG